

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 8. Monstrosorum pedum vtilitas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

uersum corpus, velut lodicula aut sisterio cooperiant. Quis hīc naturam accuseret, quæ in auribus dat, quod alij emunt multis pecunijs? cum illis enim præbet nudis vestem, lectum lassis, frigentibus calidum tegumentum. Fateor hæc facilius narrari, quām credi: sed nihil credemus, si, quæ ipsi non vidimus, non credenda iudicamus.

§. VIII.

*Monstrorum pedum utilitas.*

Plutarch. Hanc vim naturæ defectuumque nature de amore ralium compensationem Plutarchus quoq; Prolis. non indiligerter considerauit, in alijs Solin. membris; nos pedum errata suis commo- cap. 53. dis solatijsq; non carere, nunc docebimus.

Plin. I. 7. Gens reperitur, apud Indos, uno tantum nat. hist. pede. Ast eo uno, licet poplitem non flesc. 2. Gell. stat, saltuatim perniciterq; currit, & mul. lib. 9. c. 4. lisidor. tos anteuertit utroque pede gradientes. lib. II. c. 3. Quin ubi solis æstus capita eius populi ferit, homines illi unipedes, in terra resupini iacentes, vmbra pedis sursum ericti, latiore, quām si ab Ionica columna proiecetur, suauissime proteguntur. Quade caussa *Sciopodes* appellantur. Fuisse talia monstra, in foro Carthaginensi, juxta portam pictas, testatur etiam D. Augu-

stinus

finus. Posset dici compendium naturæ, S. Augus.  
 quæ in pede suppeditauit, quod alij quæ- fin. l. 16.  
 rent sub arbore, aut tectis. Extra silvas de ciuit.  
 enim isti, & extra tecta inumbrantur; at-  
 que sine pauonis cauda, aut muliebri fla-  
 bello suauissimè refrigerantur. In Tartari-  
 cis quibusdam locis comperti sunt, quibus  
 vnicum crus ac pes, & vnicum est in pecto-  
 re brachium. Igitur, ut Ioannes Apostoli- Vincent.  
 cæ sedis ad Tartaros legatus, alijq; testan- hist. lib.  
 tur, industria vicem alterius cruris bra- 31. cap. 16.  
 chijué implet; immò brachium & crus ita Antonin.  
 conspirant, ut sint miræ pernicitatis; ma- tit. 19. cap.  
 nu enim simul ac pede alternatim terram,  
 rotarum in modum, contingentes, tanta  
 celeritate currunt, ut Pegasos anteuertant.  
 Brachio fatigato, vnius pedis immodicis  
 saltibus celerrimè promouentur. Quin-  
 etiam in venationibus, & contra hostem  
 sagittariorum officium non intermittunt.  
 Quippe quod vnu nequit, bini præstant,  
 dum alter arcum tenet, alter tendit, sa-  
 gittamq; adducto neruo, euibrat. Ita ma-  
 nus manum iuuat, & quod vnu efficere  
 non valet, duo consequuntur. Nempe eti-  
 am hoc Christianos par esset imitari, ut  
 preces ad cælum fortius ciacularentur.

Oo 4

Neq;

Matth. 18 Neq; enim sine caussa dictum est: *Vbi sunt*  
 20. *duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi*  
 Gal. 6. 2. *sum in medio eorum;* Et illud: *Alter alterius*  
 1. Cor. 12. *onera portate. Sumus enim corpus Christi, &*  
 27. *membra de membro;* & *Frater, qui adiuua-*  
 Prou. 18. *tur à fratre, quasi cinctas firma: & indicia,*  
 19. *quasi vectes urbium.* Siquidem, etiam in  
 re spirituali, duo sunt vno fortiores, &  
 quod isti deest, ab altero accedit. Vnus ar-  
 dentius, alter demissius orat. Sed hoc nunc  
 non agimus, corporis defectum ostendi-  
 mus mentis inuentione, industriaque na-  
 turæ, aut beneficio Numinis compensatū.

## §. IX.

*Manuum & brachiorum compensatio ad-  
miranda.*

Et quia de brachijs mentio facta est, ma-  
 nusque quæ sunt, vt Philosophus ait, in-  
 strumenta instrumentorum, sine brachijs  
 haberi non possunt, ~~afferam~~ & hīc exem-  
 pla partim à meis, partim ab alijs nar-  
 rata, quæ mirificam quādam, etiam in  
 his maxime necessarijs membris, naturæ  
 industria compensationemq; ostendunt.  
 Quippe iati sunt, qui utraque manu, im-  
 mó ambobus brachijs carentes, pedibus  
 omnia ferē ea, quæ alij manibus, quām  
 dexter-